

Band V., Nr. 1409, Seite 171-172

Abt Otto, Dekan und Kapitel von Ellwangen genehmigen den Tausch der von ihnen zu Lehen gehenden Güter der Gebrüder von Schauenburg in Frankenthal an das Kloster Frankenthal gegen Güter zu Edigheim und Oppau.

Ohne Ortsangabe, 1256. August 22.

Oddo, dei gratia abbas, decanus et capitulum Elwacensis ecclesie . . . precibus et devotione abbatis et conventus de Frankendal, ordinis sancti Augustini, Wormatiensis dyocesis, inclinati et favorabiliter inducti nostrum ad hoc voluntarium consensum liberaliter impertimur, quod perpetua sit permutatio inter nostram ecclesiam et ecclesiam Frankendalensem de proprietate et prediis nostris, que nobiles viri fratres de Scauwenburc pro feodo in Frankendal a nobis habere videbantur, tam in hospitiiis, quam in agris, censibus annuis, decimis, advocatiis, de quibus fuerat contentio, cum bonis eiusdem collegii in Frankendal sitis in Ophauwa et Odenkeim, longe plus valentibus quam bona nostra in Frankendal . . . , de quibus fuerunt dicti nobiles de Scauwenburc a nobis infeodati. Tenebunt itaque sepedicti nobiles de Scauwenburc eadem bona in Ophauwa et in Odenkeim pro feodo a nobis et ecclesia Elwacensi et omnia bona in Frankendal prenominata, que aliquando Fridericus miles dictus Streipho de Rodenburc ab ipsis iure feudali possedit, erunt perpetuo iure proprietatum et nomine prediorum ab ecclesia Frankendalensi et personis ibidem deo famulantibus nostro voluntario consensu plenissime possidenda etc.

 Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, in octava assumptionis beate Marie virginis.

—

Der Textabdruck folgt den *Historia et commentationes academiae electoralis scientiarum et elegantiorum litterarum Theodoro-Palatinae*, 7 Bde., Mannheim 1766-94, Bd. 6, S. 299.

 Die Urkunde steht im Kontext mit den Urkunden Nr. 1407 (WUB, Bd. V, S. 169 f.) und Nr. 1408 (WUB, Bd. V, S. 170 f.).

Überlieferung und Publikationen

Editionen:

Acta Theodoro-Palatinae, Bd. 6, S. 299.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Otto; Abt von Ellwangen Ellwangen; Kapitel Ellwangen; Dekan

Ortsindex:

Dossenheim HD
 Dossenheim Gemeinde (6287)
 Edigheim,
Ludwigshafen, LU
 Ellwangen (Jagst) Wohnplatz (4362)
 Ell-
wangen (Jagst), AA
 Frankenthal, FT
 Oppau, Ludwigsha-
fen, LU
 Rodenburg
 Worms, WO